



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Martini Martinii Tridentini E Societate Jesu Sinicae  
Historiae Decas Prima**

**Martini, Martino**

**Monachii, 1658**

Vigesimusprimus Imperator. Zukengus. Imperavit annis VII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11848**

donec tandem ad justitiam causæ respexit victoria. Victum regulum ad se venire jussit Imperator; optimisque præceptis traductum in me- lius, in integrum restituit; bello ac pace victor, sed majore in ista, quam illo gloriâ,

## VIGESIMUS PRIMUS IMPERATOR.

## ZUKE NGU S.

Imperavit annis VII.

*Cyclo 24. anno  
53 ante Christum 1265.*

**I**Ta tranquillatum à patre imperium ZUKE NGU S per manus accepit, tenuitque, licet paternæ felicitati, ut & virtuti longè impar. Nec aliud de eo, quod addam, habeo.

## VIGESIMUS SECUNDUS IMPERATOR

## ZUKIA U S.

Imperavit annis XXXIII.

*Cyclo 24. anno  
6. ante Christum 1258.*

**H**ic ZUKE NGU S frater fuit, & ab hoc & à patre multò magis degener, superbiā, quâ præ se despiciebat omnes; tum libidine vagâ & inconstanti, ut cum Sinis loquar, insignis. Quibus maximè vitijs istius familie robur concussit, ad imperij reliquias penitus subruendas relicto filio, patrem malis artibus non æquante solùm, sed etiam superante.

## VIGESIMUS TERTIUS IMPERATOR

## LINSIN U S.

Imperavit annis VI.

*Cyclo 25. anno  
53 ante Christum 1235.*

**E**O enim mortuo, ut voluptatibus se dederet impensius, imperij negotia præfectorum commisit arbitrio, nihil penisi habens, quic-